



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

CLXXXIX. Applicatio Indulgentiæ in Ecclesiis Capuccinorum die 2. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

1688.

&amp; 1689.

Clausulae.

firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memorare Congregatio-nis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integratos effectus fortiori, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari: sicut in præmissis per quoquaque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irri-tum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Collegiorum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXIX. Nov. MDCLXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXXVIII.

Statuitur, ut in Diœcesi Portugallen, lis censeatur legitime contestata per negativam, si Reus contumaciter respondere recusaverit.

*Conf. ed. 1687, Maii 12., P. 11. tolluntur Francitiae pro reis in Urbe Roma, & ab Innoc. XII. eisdem denegatur remissio Conf. ed. 1692, Maii 12., P. 1.*

Dat. 4 Martii  
1689. An. 13.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

Romanus Pontifex Ecclesiasticarum legum conditor, & moderator Judicarii Ordinem ne per Delinquentum exquisitas malitias eludatur, ipsique Delinquentes ex sua calliditate impunitatem delictorum consequantur, solet nonnunquam immutare, alia facere, & ordinare, prout rerum ac temporum requirit statutus, & iniquorum protervia exposcit.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit Ven. Frater Joannes Episcopus Portugallen, quod in eius Curia, & Diœcesi Portugallen, antiquus litis contestanda, tam in Civilibus, quam in criminalibus, & mixtis Causis observari solet stylus, quod rei super aliqua re conventi, vel de aliquo crimine accusati negative, vel affirmati-ve debeat libello contra ipsos proposito respondere, alias Judices nequeant ad ulteriora valide procedere. Cum autem sicut eadem exposicio subiungebat ex stylo hujusmodi sœpe eveniat, ut plures ex ipsis reis conventis metu pena, seu Judicii differendi, aut alia forsitan de Causa respondere nolint, nec ad id Ecclesiastica Censura, aut carceratione, quas malunt indurari potius sustinere, cogi possint. Nobis propterea idem Joannes Episcopus humiliter supplicari fecit, ut quemadmodum fel. rec. Clemens Papa VII. prædecessor noster per suas in simili forma Brevis die 30. Maii 1592. pro Civitate, & Diœcesi Eboren, in quibus similis contestanda litis stylus obser-vari solebat statuisse noscebatur. Nos similiiter pro ejus Curia, & Diœcesi in remedium præmissorum statuere, & ordinare de benignitate

Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Joa-nem Episcopum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, & suspensionis, interdicti, aliisque Ecclæsiastici Sententiis, Cenfuriis, & penis a ju-re, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen-dum harum serie absolventes, & absolutum fore cententes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac vestigiis Clementis predecessoris prædicti in hoc omnino inhaerentes per præsentem volumen, statuimus, & ordinamus quod de cætero perpe-tuis futuris temporibus, si rei in Civitate, & Diœcesi Portugallen, tam civiliter, quam cri-minaliter conventi item contumaciter in com-petenti termino eis præfigendo contestare recu-saverint, seu noluerint, termino elapsa lis ipfa per negativam pro legitime contestata habeatur, ac exinde Judices, coram quibus Causas pro tempore pendere contigerit ad ulteriora, etiam ad Causæ conclusionem & Sententiæ diffinitivæ prælationem, alias tamen legitime procedere valeant; nec eorum processus ex eo, quod lis ipfa in forma juris contestata non fuerit, impugnari, nullari seu invalidari debeat, seu pos-fit. Et sic in præmissis, & singulis per quoquaque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judi-cari, decidi, & terminari debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 2. Non obstantibus Apostolicis, ac in uni-versalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, dictæque Ecclesie Portugallen, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis qui-buscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annul. Pisc. die IV. Martii MDCLXXXIX. Pon-tif. nostri Anno Decimotertio.

Stylus conte-standa litis  
in Diœcesi.Preces Epi-scopi Portu-galen. pro  
stylo servari  
solito in Diœ-  
cesi Eboren.

Conceditur Fratribus Capuccinis facultas appli-candi Indulgentiam die 2. Augusti animabus Defunctorum per modum suffragii.

Eadem facultas concessa fuit Fratribus de Observan-tia, & Reformatis Ord. S. Francisci Conf. ed. 1687., Jan. 22., P. 11.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

CLXXXIX.

Dat. 10. Maii  
1689. An. 13.

A Lias fel. rec. Gregorius PP. XV. prædecessor noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum ubique existent, die secunda mensis Augusti a pri-mis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi annis singulis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effusissent, plenaria om-nium

Prædicta In-dulgentia  
concessa fuit  
a Greg. XV.  
visitancibus  
illorum Ec-clesiæ.

ANNO  
1689.

INNOCENTIUS UNDECIMUS. 603

ANNO  
1689.

nium peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit, & alias prout in ipsis Gregorii Prædecessoris Literis de-super simili forma Brevis die 22. Octob. 1622. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberioris continetur.

Preces Pre-curatoris Gen.

Concessio d. facultatis.

Clausulae.

§. 1. Cum autem sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit Indulgentiam Plenariam, & peccatorum remissionem per dictum Gregorium prædecessorem, ut præfertur concessam, etiam animabus Christifideliū Defunctorum per modum suffragii applicari posse summopere desideret; nos piis ejusdem Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, auctoritate nobis a Domino tradita, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostoli ejus auctoritate confisi, Indulgentiam plenariam, & peccatorum remissionem Christifidelibus prefatis supradictis Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Francisci Capuccinorum dicta die secunda mensis Augusti, ut supra visitantibus, & praemissa peragentibus concessam, etiam Christifideliū Animabus, quæ Deo in Charitate coniunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habetur, quæ ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die X. Maii MDCLXXXIX, Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CXC.

Erigitur in Archiconfraternitatem Confraternitas Nominis B.M.V. in Ecclesia S. Stephani de Cacco de Urbe sita.

Constit. ed. 1677. Julii 16. Pont. 1. Confraternitas Alma Domus Lauretanæ de Urbe erecta fuit in Archiconfraternitatem.

Dat. 11. Maii  
1689. An. 13.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Huic Confraternitati concessa fuerunt Indulgentiae.

Preces Officiuum, &  
Confratrum.

CUM Nos alias Confraternitati sub invocatione SSmi Nominis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia Sancti Stephani de Cacco nuncupata, de Urbe Congregationis Monachorum Silvestrinorum canonice (ut asseritur) erectæ ejusque Confratribus, & Consoribus nonnullas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac penitentiarum relaxations sub certis modo, & forma tunc expressis, auctoritate Apostolica perpetuo concederimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis defuper expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso ac ad verbum inserto haberi volumus uberioris continetur: Et sicut dilecti filii Officiales, & Confrates dictæ Confraternitatis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Confraternitatem hujusmodi Archiconfraternitatis titulo decorari plurimum desiderent, Nos dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum ha-

Bullarii Rom. Contin. Pars V.

rum serie absolventes, & absolutos fore censes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Confraternitatem prædictam in Archiconfraternitatem cum omnibus, & singulis prærogativis, iuribus, honoribus, & præminentis solitis, & consuetis auctoritate præfata tenore præsentium, sine cuiusquam prejudicio perpetuo pariter erigimus, & instituimus; ac ipsius Archiconfraternitatis fictione officialibus, & Confratribus præsentibus, & futuris, ut ipsi alias quascumque Confraternitates ejusdem Instituti extra Urbem prædictam ubicumque locorum existentes eidem Archiconfraternitati, servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Clementis PP. VIII. Prædecessoris nostri defunctæ aggregare, illisque omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac penitentiarum relaxations ipsi Confraternitati, sic in Archiconfraternitatem erectæ a Nobis, ut præfertur, concessas, communicare libere, & licite possint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis itidem perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 1. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; siveque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit supradictæ Confraternitatis, aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indulgis, & literis Apostolicis in contrarium præmisitorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmisitorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatori die XI. Maii MDCLXXXIX. Pontificatus nostri anno Decimotertio.

Confirmantur Thesaurarii Provisiones, & Ordinationes, & Taxa pro Bono Montium Romanæ Curia Regimine.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Motu proprio, &c.

CUM recol. mem. Clemens VIII. prædecessor noster ad tollendas fraudes, quæ in re-signationibus Locorum Montium Romanæ Curia ad Cameram Apostolicam, ac etiam Religiones, Comunitates, Domicellos, & alios spectant, a Secretariis dictorum Montium in præjudicium ejusdem Cameræ aliorumque prædictorum, committebantur, sua Motus proprii Cedula die 15. Maii 1600. publicata certam formam defuper præscriperit, ac plures Ordinationes, Decreta, & mandata etiam penalia, in contrafactantes, promulgari iussit, prout in ipsa Motu proprii Cedula latissimis continentur, ad quam &c. Cumque anno 1608. similis memoria Paulus V. pro tollendis præjudicis, abusibus, difficultatibus, & impedimentis, quæ circa præ-

Fretio d.  
Confraternitatis in Ar-  
chiconfraternitatem cum  
faculta-  
te aggredan-  
di alias Con-  
fraternitatis,  
& commun-  
candi Indul-  
gentias.

Clausulae.

CXCI.

Dat. 6. Junii  
1689. An. 13.

Provisiones  
Clem. VIII.,  
& Pauli V.  
pro bono  
Montium re-  
gimine.

Reductio Se-  
cretariorum  
omnium in  
unum Secre-  
tarium 2  
Clemen. X.  
facta.

Eee 2

fatos